




zu 005

O. i. 840 (1-101).



# CONCLUSIONES DE FERIIS ET DILATIONIBVS.

QVAS DIVINA ADIVVANTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISS. CONSULTISS. VIRI  
D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, SS. LL. Licent. Di-  
ctatoris, in celeberrimo Iuris florentissimæ Agrippi-  
nensis Academiae Collegio, 17. Ianuarij. An-  
ni 1591. pro inneterato more de-  
fendere enitetur.

HERMANNVS HEERDE.



COLONIAE AGRIPPINAE F  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.





## CONTINVATIO

**I**n Ius vocatus, siquidem cautionibus iudicio sisti satisfacturus est; Iudicij porrò differendi nullam aliam iustam causam habeat: quàm legitimas ferias & dilationes, absolutis citationum & satisfactionum disputationibus, de ijs videbimus.

## THESIS I.

**F**eria quæ à feriendis hostijs dicta perhibentur, (a) sunt dies feriati, quibus Ius non dicitur, nec sui potestatem magistratus facit. (b)

(a) Gell. noct. attic. lib. 4. c. 6. (b) l. pridie §. ff. h. t. & tot. tit. ff. & C. h. t. c. final. ext. h. tit. VVef. in paratit. hic num. 1. & 2.

## II.

Horum feriarum alia solennes sunt, alia Repentina. Ille ordinaria, hæc extraordinaria alias vocantur. (a)

(a) text. in l. siue pars. 3. §. feriæ autem C. de Dilationib. l. sed etsi 26. §. si feriæ 7. ff. ex quib. causis maior 25. annis in integrum restit. c. final. de ferijs. Dd. passim hoc tit. Paulus de Castro in l. i. C. h. t. n. r. latè glos. in c. final. h. t. in verbis quibus utique.

## III.

Solennes ferie sunt ferie ordinaria certis temporibus dicta. (a) Quæ partim sunt Diuine, partim humana. (b) Diuina in honorem Dei & diuini cultus gratia. (c) Humana ad vtilitatem necessitatè mve hominum, quales messum vindemiarumq; (d) honoremue hominum instituta & celebrata. (e)

(a) d. l. sed etsi 26. §. si feriæ. ff. ex quib. causis mai. (b) c. finali in verbis, qui ob Reuerentiam ext. de ferijs l. i. ff. h. t. l. 2. 3. 6. 7. 8. & vlt. C. h. t. (c) d. c. final. ext. de ferij. in quo. c. omnes ferè enumerantur feriæ diuinæ. d. l. 2. l. 3. 6. 7. 8. & vlt. C. cod. (d) d. l. i. & ibi Dd. (e) d. l. vlt. §. Dominicum, versic. & si in nostrum ortum, C. h. t.

## IIII.

Repentina seu extraordinaria ferie dicuntur, quæ ex casibus inopinatis indicuntur, ob res putà properè gestas, vel in honorem principis, (a) quæ indicuntur solum à superiore non à Iudice. (b)

(a) l. i. l. 4. C. h. t. d. l. sed etsi 26. §. si feriæ ff. ex quib. caus. maior. Speculator tit. de ferijs. §. i. n. 3. Paulus de Castro in l. à nullo 4. C. h. t. VVef. in parat. h. t. nu. 4. (b) l. præfides provinciarum 4. ff. h. t. & ibi Castrens. n. 2.

## V.

Quamuis autem non prorogari, sed expediri debeant quæstiones: Iudicialis tamen strepitus

*pitus etiam apud ipsos arbitros, vel à maioribus Iudicibus flagitatos, vel spontè electos. (a)*  
*Etiam in negotijs criminalibus diebus feriatis conquiescere debet. (b)*

(a) l. properandum 13. C. de iud. l. fin. pro suo l. fin. vt intra cert. temp. l. pen. C. de ferijs. text. in l. 7. versi. vt nec apud ipsos arbitros, vel à Iudicibus flagitatos. C. h. tit. l. si feriatis dieb. 36. ff. de arbitris. (b) l. quadraginta dies. 6. C. h. t. l. Custodias 12. ff. de publicis Iudicijs.

#### V I.

*Decerni tamen citatio potest die feriatam ad non feriatam, (a) quemadmodum & executio citationis & custodia diebus feriatis fieri & audiri possunt. (b)*

(a) And. Gaill lib. 1. pract. obs. obs. 53. num. 5. & 7. vbi communem refert Contra sentit Hart. Hart. pract. obs. lib. 1. cap. de citat. lib. 7. vide eundem tit. 19. in fine. vbi hoc determinat. (b) Gaill d. obs. 53. nu. 7. l. Custodias 12. ff. de pub. Iud.

#### V II.

*Si quoque res vrgeat, veluti si tempore vel morte aduersarij peritura sit, cogendi sumus ad iudicem venire, verum ad hoc tantum vt lis contestetur. (a)*

text. in l. 1. §. sed excipiuntur versic. sanè & in l. 3. ff. h. t. c. significauerunt 21. ext. de Iudicijs Glof. in c. vlt. verbis, quib. vtique h. t. Gaill lib. 1. obs. d. obs. 53. n. 13.

#### V III.

*De alijs etiam quibusdam speciebus Iudex feriatis diebus rectè adiri potest: puta vt tutores aut curatores dentur, vt officij admoneantur, cessantes excusationes allegentur, alimenta constituantur, (a) denique liberalia iudicia, (b) & omnes actus voluntaria non contentiosa iurisdictionis (c) omni tempore finiuntur, excepto die dominico, (d) & similibus. (e)*

(a) text. in l. 2. ff. h. t. vbi plures enumerantur. l. 3. §. quolibet ff. de tutel. Speculator tit. de ferijs. §. sequitur per totum & præsertim nu. 7. (b) l. solet. 3. §. 1. & 2. ff. h. t. (c) l. actus 7. & ibi Cast. n. 1. C. h. t. (d) l. 3. l. vlt. C. cod. (e) l. omnes 7. §. factæ ff. h. t.

#### V IX.

*Sed prædictis casibus ita citatio valet ad diem feriatam, si in ipsa specialiter talis causa exprimat.*

Socin. in tractatu citat. artic. 19. n. 7. Gaill d. obs. 53. lib. 1. n. 13. & seqq.

#### X.

*Quinetiam ad interponendam appellationem tempus feriarum nullum præstat impedimentum, ed quod tempora illa continua sint.*

l. 1. vbi Bart. n. 1. & Salyc. C. h. t. Panorm. in c. final. n. 17. Speculator tit. de ferijs §. sequitur nu. 2. Gaill d. obs. 53. nu. 11.

#### X I.

*Ex quibus patet, Materiam circa quam versantur feria, esse omnes actus tam publicos quam priuatos, contentiosa autem iurisdictionis.*

l. actus

l. actus 8. C. cod. VVef. in parat. h. t. n. 5. Speculator de ferijs. §. sequitur n. 7.

XII.

Forma & tempora feriarum lege praescripta sunt, (a) cetera pro re nata modum accipiunt; potest tamen pro ratione fructuum, aut serius aut citius, prout usus fert iudex rusticus ferias indicare & moderari. (b)

(a) l. 2. ad quam vide VVef. h. t. & Cuiac. h. t. l. 3. 6. 11. h. t. (b) Glof. & Dd. in l. 4. C. h. t. l. praesides 4. & ibi glof. h. t. Iason d. l. 4. h. t. Speculator de ferijs num. 4. VVefenb. hic. num. 4. & 6.

XIII.

Ideo autem feriae constituta sunt, ut homines a negotijs civilibus abstracti cultui diuino dent operam, & litibus vacui colligendis tempestiue fructibus vacare possint, & honor principis, aliorumq; ac publicum gaudium, (a) luctusne, publico iustitio celebretur.

(a) c. licet 3. in princ. & c. fin. ext. h. t. l. 1. in princ. ff. cod. & ibi glof. in verbo occupati l. omnes 7. l. final. & ibi Dd. C. h. t.

XIV.

Quod ad feriarum effectum attinet, ex superioribus ferè patet. Et quidem processus in ijs habitus adeo non valet, ut nisi partium voluntas expressa per renuntiationem, vel tacita per comparitionem, in casibus quibus possunt, diuersa apparuerit, ipso Iure nullus sit.

l. 1. §. si vero h. t. vbi Iaf. l. 2. 5. 6. fin. C. h. t. l. 5. C. de ll. c. fin. in princ. ext. cod. l. 12 ff. de pub. Iudic. Specul. tit. de ferijs, §. nunc videamus in princip. Gaill lib. 1. pract. obs. obs. 53. nn. 8.

XV.

Quaestiois autem est, num debitor suspectus de fuga, possit capi die dominico, vel quacunque alia feriata? & posse, facta autem prius fide iudici, quod sit suspectus concludimus.

Glof. & Paulus de Castro in l. fin. C. h. t. nu. 5. Bartolus in l. ait praetor §. si debitorem ff. de his quae in fraudem creditorum. Iason in l. 2. nu. 15. de Iurisd. om. Iud. Dd. communiter in l. si feriatis 6. ff. h. t.

XVI.

Item queritur si in compromisso dicatur, quod possit procedi diebus feriatis & non feriatis, ut communiter dicitur, an hoc de omnibus feriatis diebus intelligatur? & non de omnibus sed de ijs tantum, quae ob necessitates hominum introducta sunt, non ob reuerentiam Dei affirmamus.

Dd. in l. si feriatis ff. de arbitris. Speculator in §. sequitur versic. primo formando in c. 1. de fer. Ant. de But. in c. Quintauallis de Iurciurando. Castrenf. in l. omnes 7. C. de ferijs num. 6.

XVII.

Denique num testes si partes renunciauerit ferijs, cogi possint comparere die feriato pro ferendo testimonio? queritur, & non posse censemus.

Paulus de Castro in l. 1. §. 1. nu. 5. ff. h. t.

Atque



### XVIII.

*Atque hæc de ferijs, quibus proximè accedunt & cognata sunt dilationes. Est autem dilatio assignatio certæ diei, vel termini, quo causam tractari oportet cum iusto temporis interuallo facta.*

l. diem proferre 27. §. non distinguemus 32. §. dies compromissi. II. l. arbiter sequenti c. 1. 2. 3. ext. cod. V. Vef. in parat. h. t. n. 7.

### XIX.

*Dilationum species varias Dd. recensent. (a) Non inconcinne autem alie dicuntur dilationes peremptoria, alie citatoria seu dilatoria, alie Iudiciales, alie extraiudiciales, alie legales, alie conuentionales. (b)*

(a) Vide Spec. de dilat. c. r. Hostiens. cod. tit. Bart. in l. 2. ff. de re Iudicata. (b) l. ad peremptorium 68. cum seq. ff. de Iudic. l. 1. & 4. ff. de re Iudicata tot. tit. ff. & C. de tempor. ap. pel. V. Vef. hic. nu. 10.

### XX.

*Sed de Iudicialibus hic nos agemus tantum, quæ à Iudice petita (a) concedi solent. Verum cum causa cognitione, (b) in qua illud versatur potissimum, primum an causa civilis sit an criminalis. Nam in civili dilationum numerus par est & auctori & reo. Vna enim utrisque datur. In criminali vero impar, quum dua accusatori, tres vero ob fauorem (c) reo concedantur.*

(a) l. 1. 2. 4. C. h. t. (b) l. oratione 7. l. vlt. vbi glof. & Iaf. h. t. d. l. 4. Alexand. consil. 43. n. vlt. in 4. vol. Boër. decis. 294. n. 14. & seqq. Gaill lib. 1. pract. obs. 91. nu. 4. (c) l. fauorabiliores ff. de reg. iur. l. Arrianus ff. de obligat. & action. DD. l. fin. ff. de ferijs & dilat. vbi Dd. communiter.

### XXI.

*Quamquam dummodo res ita postulat utroque casu plures tribui posse, certa ratione conclusum sit.*

Bart. contra gl. in l. fin. h. t. Ratio Bart. est maximè in altera parte, quod defensionem rei iudex perquirere debet, etiam eo non petente. l. si non defendantur, ff. de pœnis. vide Henneq. in notis ad accurf. h. t. & Iasonem in l. vlt. n. 36. vsque ad numerum 48. h. t. Mynsing. cent. 1. obs. 71. Gaill lib. 1. d. obs. 91. nu. 4. & seq.

### XXII.

*Quemadmodum & illud constitutum est, licet consuetudine magis quam certo Iure civili, ut in criminalibus non capitalibus, sed quibus de dato damno agitur, perinde atque in capitalibus dandarum dilationum numerus teneatur prescriptus. (a)*

(a) l. fin. & l. oratione ff. & l. r. C. h. t. vide Lanfran. in prax. h. t. cap. 2. num. 3. In crimine autem adulterij nulla dilatio datur, nisi ut personæ exhibeantur, aut Iudex ex qualitate negotij motus, hoc causa cognita permiserit, l. in crimine 41. ff. ad l. lul. de adult.

Deinde



XXIII.

Deinde in causa cognitione & illud versatur utrum dilationes ante litem contestatam petantur vel post. Illa enim in reo oblato libello ad deliberandum cedere, an contendere velit. in civilibus 20. (a) in criminalibus 30 dierum est, (b) in actore ad litem contestandam duorum mensium. (c) Hac autem mensium trium, aut sex pro ratione loci, ubi agitur reive qua petitur ratione. (d)

(a) Auth. offeratur. C. de litis contestatione. Nouel. 53. cap. illud quoque antiquitus §. sancimus. versic. præterea 2. ext. de dilat. (b) l. 2. C. de exhibendis & transmittendis reis. (c) auth. libellum C. de litis contestatione. (d) l. 1. C. de dilat.

XXIV.

Quæ tempora certis legibus præscripta ita temporata sunt, ut à Iudice ex causa augeri quidem, (a) sicut & prorogari, (b) minui autem nunquam possint, (c) tametsi in summo Imperij Consistorio arbitraria censeantur, (d) nimirum ex qualitate causæ rerum seu temporum & personarum. (e)

(a) l. si finita 15. §. 2. iuncto §. 7. & 9. de damno infecto. (b) Oenopold. Dich. in Constit. ord. Iud. h. t. (c) ne beneficium à lege datum parti auferatur, & sententia contra Ius sit, l. 2. si contra Ius vel utilitatem publicam Godof. in auth. offeratur de litis contest. C. Manhu. in praxi. h. t. vide Dd. in l. 2. h. t. (d) And. Gaill lib. 1. pract. obser. obs. 91. num. 13. 7. 8. & 20. Mynsing. cent. 1. obs. 71. (e) l. nonnunquam 72. ff. de Iudic. de hoc temporis moderamine. vide omnino Iacob. Menoch. de arbit. Iudic. quæst. lib. 2. centur. 1. Abbat. in c. 1. nu. 7. prope medium de dilat.

XXV.

Postremò quamquam id alia consideratione primum videri poterat, in causa cognitione versabit qua causa sit & necessitas dilationum petendarum. (a) Nulla enim temerè concedi debet, (b) quòd Reipublicæ interest lites quam citissimè sopiri. (c)

(a) l. 1. C. h. t. Causas sufficientes vide in l. 2. C. ubi in rem actio. in Nouel. 69. cap. 1 §. sed & hoc, versic. probet igitur. Nouel. 53. cap. 3. Nouel. 115. cap. 2. ubi Cuiac. in l. 1. & 2. C. h. t. l. notionem 99. ff. de verbor. signific. §. instrumentorum. l. interdum in princip. ff. de Iudic.

COROL

## COROLLARIA

### I.

*Iurare rectè disci diebus feriatis, seu tempore festo possunt.*

Glof. Angel. Raphael in l. omnes 7. C. de ferijs. & in l. penult. ff. eod. V Vcf. in libell. de studio iuris instituen. quaestione 15.

### II.

*Si defunctus, acceperit aliquam dilationem, propter instrumenta, an successori quoque eius dari debeat: an verò quia iam data est, amplius dari non possit? Et magis est, ut & hic, causa cognita & legali solennitate adhibita dari debeat.*

l. oratione 7. h. t. c. vltra tertiam de testib. vide Mynsing. cent. 1. obs. 73. Gaill lib. 1. obs. d. obs. 91 num. 17.

### III.

*Procuratori ad impetrandam dilationem quartam, vel eius prorogationem, necessum est, ut mandatum speciale, ad Iurandum pro ea obtinenda producat.*

Mynsing. centur. 1. obs. 70. And. Gaill lib. 1. obs. pract. obs. 91. nu. 19.



153255

AB: 153255

(X2203998)

K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





B.I.G.

Farbkarte #13



# CONCLUSIONES DE FERIIS ET DILATIONIBVS.

QVAS DIVINA ADIVVANTE GRATIA,  
SVB PRAESIDIO CLARISS. CONSULTISS. VIRI  
D. Ioannis Michaëlis Cronenburgeri, SS. LL. Licent. Di-  
ctatoris, in celeberrimo Iuris florentissimæ Agrippi-  
nensis Academiae Collegio, 17. Ianuarij. An-  
ni 1591. pro inueterato more de-  
fendere enitetur.

HERMANNVS HEERDE.



COLONIAE AGRIPPINAE F  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

